Quelle:
Copyright:

Cod. XVII.

Postilla Nicolai de Lyra in 4. Evangelia.

membran. Fol. Soc. 14. 1. 2.4.

Eadem manu, qua prior exaratus. Continet ejusdem Nicolai de Lyra Postillam in 4 Evangelia, ex editionibus satis notam. Videtur quidem hic codex mutilus, sed non est; nam quæ in calce ejus desunt, in fronte præcedentis habentur. Cæterum nihil est quod addam; nisi quod in fine Postillæ in Evangelium S. Joanis additus sit canon locorum parallelorum, cui, quod miraberis, in fronte præmittitur: "Explicit canon tabularum super 4 Evangelia editarum a fratre Nicholao de Lira, per quas "faciliter videri potest quomodo concorditer vel singu"lariter aliquid dicunt."

Cod. XVIII.

S. Th. Aquinatis Secunda secunde.

Chartac. Fol. Soc. 15. 1. 2.5.

Continet S. Thomæ Aquin. Secundam Secundæ. Incipit: "Post comunem consideracionem de vir"tutibus et vitiis et aliis ad materiam mora"lem pertinentibus, necesse est, considerare singu"la in speciali." Ad calcem legitur: "Explicit "liber S. Thome de Aquino in secunda secunde. "finitus año dmi 1490." Post sequitur elenchus materiarum. Cætera ut in editionibus.